UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manvale Confessariorvm Et Poenitentivm

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De nono præcepto, De non concupiscendo vxorem proximi. cap. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

Visual Library

rogatus, nec promiſerit ſecretum, etiamſi erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen eius ſecretum promiſit, & poterat ſubeſſe aliqua ratio, ob quã illud roganti notabiliter conueniebat celari. Quamuis ſolum ſit venialis detectio ſecreti, quam conſtat nemini notabiliter nocituram, vt recte Caietanus *k* reſoluit per ſupradicta *l*.

k 2. 2. q. 70. art. 1.
l Et in c. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. ad nu. 30.

De nono præcepto: Non concupiſces vxorem proximi tui.

CAPVT XIX.

1 *Amari ſe velle amore mortali, mortale.*

1 Contra hoc præceptum eiſdem modis peccatur, quibus contra ſextum: quia vtroq; eadem explicite, vel implicite prohibentur. Quare modis peccandi contra ſextum *m* ſolum addimus, quod peccat mortaliter, qui, vel quę deliberate cupit, vel gaudet amari amore libidinoſo mortali ab alio, vel alia, quamuis non ſic amet, quia conſentit peccato mortali ſuo, vel alieno, iuxta dicta *n*: vbi dictum eſt quando voluntas, vel conſenſus in proprium, vel alienum peccatum, & delectatio moroſa ſint mortales.

m Poſitis in cap. 16.
n Sup. c. 11. num. 11.

De decimo præcepto: Non concupiſces rem proximi tui: Et de conſilijs Euangelicis.

CAPVT XX.

1 *Concupiſcentia inordinata rei notabilis mortalis eſt.*
2 *Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.*
3 *Ludus cauſa principali lucrandi negotiatio, & communiter mala, num. 4.*
5 *Ludens ludo vetito ſibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel coacto, vel dolo, mortaliter peccat, & 12.*
6 *Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.*
7 *Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum prohibitus.*
7 *Ludus omnis etiam induſtriæ principaliter ob lucrum, ſaltem venialis, & 8.*
9 *Ludus aleæ rei notabilis clerico ſacrato & mon. mortalis, & 10.*
11 *Ludus de ſe nullus laico mortalis, & quis ei glorioſus.*
13 *Ludere quis dicatur coactus.*
14 *Ludi ſpectator clericus magis peccat quam laicus.*
15 *Ludentium ſuſceptores, &c. vt peccant.*
16 *Peccantium miniſtri quando peccant.*

17 *Ludens*